# ECCE 18 – READING COACH – FORMATTED TEXT

NOUNS & PRONOUNS
**Adjectives**
VERBS

Infinitives
Adverbs & Little Words
Prepositional Phrases

1. RAEDA in fossa HAEREBAT.
2. CORNELII per viam IBANT ad cauponam quae non procul ABERAT.
3. CORNELIA, quae non iam LACRIMABAT, cum Eucleide AMBULABAT.
4. PUEROS, quod PRAECURREBANT, identidem REVOCABAT CORNELIUS.
5. AURELIA, quamquam in caupona pernoctare adhuc NOLEBAT, lente cum Cornelio IBAT.
6. Mox ad cauponam APPROPINQUABANT.
7. NEMINEM VIDEBANT; VOCES tamen HOMINUM AUDIEBANT.
8. Subito **duo** CANES e ianua CAUPONAE SE PRAECIPTANT et ferociter **latrantes** CORNELIOS PETUNT.
9. Statim FUGIT SEXTUS.

10. STAT immobilis MARCUS.

11. AURELIA perterrita EXCLAMAT.

12. CORNELIUS ipse NIHIL FACIT.

13. CORNELIA tamen non FUGIT sed ad canes MANUM EXTENDIT.

14. "ECCE MARCE!" INQUIT.

15. "Hi CANES LATRANT modo.

16. Nullum EST PERICULUM.

17. ECCE, SEXTE! CAUDAS MOVENT!"

18. Eo ipso tempore ad ianuam CAUPONAE APPARUIT HOMO obesus qui CANES REVOCAVIT.

19. "SALVETE, HOSPITES!" INQUIT.

20. "In caupona mea pernoctare VULTIS?

21. Hic multi CIVES praeclari PERNOCTAVERUNT.

22. Olim hic PERNOCTAVIT etiam LEGATUS PRINCIPIS."

23. "SALVE, mi APOLLODORE!" INTERPELLAVIT EUCLEIDES.

24. "Quid AGIS?

25. "Mehercule!" RESPONDIT CAUPO.

26. "Nisi ERRO, meum AMICUM EUCLEIDEM AGNOSCO."

27. "Non ERRAS," INQUIT EUCLEIDES.

28. "Laetus TE VIDEO.

29. Quod RAEDA DOMINI mei in fossa HAERET immobilis, necesse EST hic in caupona pernoctare."

30. "DOLEO," INQUIT CAUPO, "quod RAEDA EST in fossa, sed GAUDEO quod ad meam cauponam nunc VENITIS.

31. INTRATE, INTRATE, omnes!"